Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



12

tate. Lacum aperuit et effodit eum: et
incidit in foueam quam fecit. Conuerte
tur dolor eius in caput eius: et in uertice ip
si iniquitas eius descendet. Confitebor do
mino secundum iusticiam eius: et psallã
nomini domini altissimi.
Domine dominus noster: quã ad
mirabile est nomen tuum in uni
uersa terra. Quoniam eleuata
est magnificentia tua: super celos. Ex ore
infantium et lactentium perfecisti laudem
propter inimicos tuos: ut destruas inimi
cum et ultorem. Quoniam uidebo celos tu
os opera digitorum tuorum: lunam 7 stel
las que tu fundasti. Quid est homo qd
memor es eius: aut filius hominis quoni
am uisitas eum. Minuisti eum paulo
minus ab angelis: gloria et honore coro
nasti eum: et constituisti eum super opera
manuum tuarum. Omnia subiecisti sub